

Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) II

463. Papiery rodzinno-majątkowe Aleksandra Mściwujewskiego. 115-1832.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Actum in Castro Inferiori Leopoliensi Feria quarta
 in Crastino Festi Visitationis Beatissime Virginis
 Mariae. Anno Domini Millesimo Septingentesimo
 Decimo Quinto. Coram Officio et Actis presentibus
 Castrensis Capitanealibus Leopoliensibus com-
 parentes personaliter Generosi et Alexander An-
 tonius de Miscranjenski Miscranjenski Regens
 Cancellarius Terrarum Leopoliensis, et Dorothea
 a Grabow Coniuges legitimi, Maritus quidem
 solus per se, Consortis vero cum ejusdem Mariti
 sui, ubi Tutoris Coniugalis Authoritate et as-
 sistentia, Sani Mentibus, et Corporibus existen-
 tes, Foro suo quovis competenti omnino et Juris-
 dictione propria posthabita presenti autem Cas-
 trensi, Capitaneali Leopoliensi in se Posteros
 ac Bona sua generaliter omnia, quo ad actum
 hunc attinet benevole assumpta palam pu-
 blice libereq; recognoverunt, et quilibet illud
 suo proprio interesse recognovit. Quia Gosi Gene-
 rosus et Anna de Miscranjenski primarum olim
 Generosi Nicolai Juhanowskii Secundarum
 vero adpresens Nuptiarum, Generosi Joannis
 Budoracki Consorti legitime unius recogno-
 scentium Sori Germanae Illiusq; Successoribus
 Summam Mille Quingentor. fl., eam de Bonis
 Paternis et Maternis et ex vi Juris Reforma-
 torij concernentem, certis, veri, iusti liquidiq;
 debiti sive mutuata pecunia de et super Bo-
 nis suis generaliter omnibus mobilibus et
 immobilis hereditarijs, et obligatorijs sum-

Act

sumisq; quibusvis pecuniarijs habitis et habendis tenen-
tur ac debent. Quam quidem summam hinc et ab au-
tu presenti pro die et Feste Conversionis Sancti Pau-
li Apostoli proxime venturo in Anno Decedente
Millesimo Septingentesimo Decimo Sexta, una
cum Provisione ab eadem Competenti previa loca-
tione ejusdem Summae in Bonis mundis, et liberis
daturum, soluturum, realiterq; et in affectu enume-
raturum de et super Bonis iisdem inscribunt
et obligant, idq; sub simili Summa, vadio per
se Recognoscentem Posterorq; suos in Casu In-
scriptioni presenti debitores in aliquo Contraven-
tionis promissorumq; omnium et singulorum in
eadem contentorum non completionis eadem memorata
Generosa de Müiwijewskie Budoracka Sorori unius
recognoscentium Germana Creditrici sua Illiusq; Suc-
cessoribus ad solvendum luendo et succumbendo nulloq;
modo evadendo, pro quoquidem vadio modo premisso ad
solvendum succubito et transgresso, ac re conditioniq;
aliqua inscriptionis presentis debitores non completa
nihilominus complenda suprascripti Generosi recogno-
scentes suis cum posteris Jure Conventi Foro congre-
tenti ut supra renuntiando coram presenti Castrensi
Capitaneali Leopoldensi Officio cui, se suis cum Suc-
cessoribus ac Bonis suis generaliter omnibus hac
in parte ad respondendum subijciunt, et incorporant
ad primam Instantiam pretermissa Generosa Bud-
oracka Creditrici sua vel illius Successorum pe-
remptorie respondere stare Juri parere, et omnes
iudicatum pati suis cum posteris debebunt et tene-
buntur. Primum terminum, uti et alios omnes et
inde subsequentes semper peremporios dilationibus
generaliter omnibus evasionibus suspensionibus
defensionibus protectionibus prescriptionibus
impedimentis

impedimentis legalibus, et quibusvis exceptionibus
motionibus appellationibus, et coram prosecutioni-
bus Reipublica negotijs servitio militari, lega-
tione intra vel extra Regnum Satalijs Juris, pro-
scriptione Terrestri Bello Interregno Conventioneq;
Actione pro Majori minoritate Successorum
vera vel simplici infirmitate, liberis exemptus
vel Restitum ad Munimenta ad evictorem et in
genere universis Juris Medijs et Defensis non eva-
dendo nec quovis modo subterfugiendo, uno eisdem
in toto renuntiando, Sed in inscriptioni presenti de-
bitores omnibusq; et singulis ejus contentis va-
dio toties quoties opus fuerit soluto Foro sibi
facere se suosq; Successores ac Persona sua generali-
ter omnia, ad id obligando et onerando Recognitio-
nis presentis ad promissa omnia et singula me-
diantis vigore s. l. l. Ex Act. Cast. Capit.
Leopold. Extraditt. Coræi Jurkowskii
Leop. p. Wotzkowicz

1791

Heffer

5473

219

B ad Red I.

product. est. aut. in 2. ph. n. m. col.

[Signature]

ad *W. König*

Miscimjenski



Collegium P^{ro}curatorum Mansionarior^{um} Leopoldi reproducat Inscripti
onem Summa f. 500 polt per olim Procuratorem Alexandrum, Anto
nium de Rurytoli in Miscimjenski et Dorot
h^{am}, Catharinam de Grabow Coniuges super Bonis suis
Immobilibus Hereditarijs scilicet Jastrzebleow, Sroli, et
praecipue Lapidea hic in Circulo Civitatis ex opposito
Ecclesiae Sancti Spiritus sita, ad praesens ad Magnum
A J. Deicz perventis pro re sui A^o 1726 factam Litta,
nec non Extractum Registorum per Eundem Magnum Deicz
B ab Eadem Summa soliti Censui Litta B, vi cuius probat
sibi summam f. 500 polt cum retento Censu ab A^o 1760
exclusivè ad Annum praesentem 1784 debere; Cum autem
ad mentionatam Lapideam ad praesens Deiczowska dictam
Concursum Creditorum Deiczovianor^{um} levatus et publicatus
sit

Expropter Praelibatum Collegium Mansionarior^{um} Nobilissimo
Iudicio devin^{te} supplicat, quatenus sibi summam flor. 500
polt cum Provisione ab A^o 1760 hucusq^{ue} retenta et Expen
sis Litis ex Massa Substantiae Deiczovianae scilicet
mentionata Lapidea exsolvere, seq^{ue} cum suo Jure Hypo
thecario vi Constitutioni Civitatis § 17 in I^{ma} Classe
collocare dignaretur.

Nobilissimi Iudicij

Obsequentissimus
Cognatus Suchnawski
Procurator Mans: C. M. Leopoldi

12126
presentatum die 7 Martij
1784

3641a N^o 3306.
11711

N. 7
1mo

D. 267.

R. I^u

Communicet Crasensites ad ex
cipiendum entre Termino 30
dierum Dat Leopoli Die gra
Marty a^o 1784to

Secretum in iudicio
Civili magis Leopold
Hignee N^o 1000

Ad
Nobilissimum iudicium
Civile Magde Leopold

Liquidatio Jurium

Ex Parte Collegii RR PP Mansi
oniariorum Leopold

Contra Mapam Substantia Mag^a
J. Devisz Cridarij

Puncto Solutionis 500 sp Cum Provi
sione et litis Expensis Collocati
onisq sui in I^{ma} Classe.

f. a. Man.

Jurysolij

Ceszyja

Mora, której, niżej na podpisie wyszarony, dobrowolnie
reklamuje, że gdy J. Józef Mściwojewski, Ojciec trojga dzieci, mado-
letnich, Bonifacego, Ludwika, Synów, i Salamej Córki - ożara-
niem Prokuratora Wysokiego Ces. Kro. Sąd. Salackiego):
jako Najwyższego Opiekuna wszelkiej Substancji Madolet-
nich wyi wspomnianych Dzieci / w Oryginale z daty Dnia
4^o Marca 841. Licz. 6346. udowadnia, aby Summy 600 H. Lit.
Kasimatnej, i prowizionalnej, na Dobrach Olesku, z przyległo-
ściami jntabulowana, a podpisanemu dla Vindicatii tejże
Summy jak Sabata / Prez. 20. Julij 835. L. 2155. świadcy-
sprzec J. J. Jozefa Mściwojewskiego Cesionowana, na-
Prez. tyżnie Madoletnich prawa mego do tej Summy
odstąpił - Skłaniając się, niesprzecnie do takowego -
Wys. Ces. Kro. Sąd. Salackiego Prokuratora -
co już w przed widząc niepodobienstwo, wydawnienia
ponyższej Summy 600 H. przez brata, i niedorezenia
Oryginalnego Dewentu, a probowanego przez Sukces-
sorów s. p. J. W. Kielinskiego Podkomorzego Starostka -
i Oryginalnej Deklaracji W. Wicentego Zaguskiego
do zapłacenia tej Summy - w Urzędzie Komorniczym
podpisany odstąpił każdego czasu na werwanie Wys. Ces.
Kro. Sąd. Salackiego deklarował się - z niezakim
cierpieniem na poniesione koszta, dla Vindicatii tejże
Summy podjęte - jednakiem spowodowanym, uczuciem
Ludzkosci, pewnym będąc że Wys. Ces. Kro. Sąd. -
i Salacki jako protektor Najwyższy Madoletnich,

Az Summe korystnie na rzecz tychże wryje, niniejszym
wzrakajaz się wszelkich pretensyi, i kwitujaz tychże Pana
Józefa Mściwojewskiego, i sukcesorów jego, prawo do Sum-
my 600 R. w mowie będącej na matoletnych trojga Drieci
Bonifacego, Ludwiga, i Salamej, w całej zupełności ceduje,
i tym Obowiązkem aby po Ostraceniu odebranej i Nalezy,
tosci za pretensyie przeciwno W. P. Selicowi Chobryńskiemu
miane, jaka illosi za sadzona będzie, — zatrzymanie, wry-
wanie, catkowitej części Driedziwniej Chleborwie Swirskichy
w Cyrkule Borekarskim, tychże wryj wspomniszonych matole-
tnych trojga Drieci od Proku. 1832. resztujaz kwantum
w. y P. Selicowi Chobryńskiemu, od którego ta Summa
600 R. pochodzi zwrucili; ktoraś ta część w obecności
Swiadków, i przyjaciot i ktorym am jm, am Jety Sukcesjo-
nom podpisu siodwie niemaja, porowatajaz, na Estabulacya-
mie podpisanejo, a intabulacya ^{nowy} wspomniszonych Drieci,
własna reka podpisuje, przy wyisowieniu rodowityj pieczęci.
Dany w Sasowie dnia 19^o Czerwca 1842.

Jakob Jastrebski

Jako przytomny Swiadek

Murim Woldy

Jako apropony swiadki

Przyjaciel — Konstanty Dekurner

Jako Swiadek

Ant. Myjelski

Notumini mmo rumm pomfau dicitur et Salomej
Mecowopitkie hanc Epuonem cum eo accepto, ut
jura eorumdem mmo rumm ad proprietatem sortis
bonorum Chleborwie (wrskie) salva mancant et ut in casu

lucraty deo cupationis quodam bonorum Chleborree (Mistice)
fortes minorembus curandis p[ro] sit regerem in Camme
retardata deo cupatione p[ro]p[ri]o ex hoc actro f[un]den
caso quidam. —

Leo Holubky
lucraty offer

N. 36960/844

Cepio h[ic] nomine minorenum Donificii Ludovici et Salo-
med Maximilianie approbatu. — Decretum in Consilio
C.R. Fori Nobilium Leopoli die 24. Decembris 1844. —

Dobnarskiy

Proprietur. Decretum in Consilio
C.R. Fori Nobilium Leopoli die
24. Decembris 1844. —

Dobnarskiy

N. 36960/844

Proprietur Cepio apud G[ra] Tabulas Provin. Galic. in
libro p[ro]p[ri]o pag. 143 ingrossata, et quod proprietatem
summa boatt super bonis ob[is] et foribus in p[ro]p[ri]o
dom 154. pag. 2. n 132. parentis teste dom 154 p. 8 n
140 in intabulata est.

Leopoli die 16 Januarii 845

Jacobus Channonky
C.R. Tabule Galic. Ref. Ser



36960

15677

1591

[Large stylized signature]

~~*[Signature]*~~

Instr. 579. pay 193 l. m

[Handwritten numbers]
68
8564

Abraham

Alexander
cum Felicitiana Dobrota

Antonius
Stephanus
qui cum Catharina
Gabriela

Alexander
Antonius beno
minus Rexus
Josephus Lopez

Stentis

Ab hoc Jussu
ad lapidandum
devenit ad fr
dum Franciscus
Dumier

Carimend
qui cum
Helenia

Anna

~~Dominica~~
Franciscus Drum
a quibus

Andreas

Franciscus
qui cum Anto
nina Ruffus

Catharina

In Virginia
h. Statu
decupa

Michael
qui cum The
repha Julia
mentia

Matthias

et Anna
Popovska

Aethores

Josephus

Stentis

hos quidam
Superius in
gitati habes.

Stavistaw

Stentis

Anna
1^{mo} Ivanovici
Ado voto Bude
vach.

Stentis

Actum, in Castro inferiori Leopoliensi, Feria Sexta post Diem
Cinerum proximam, Anno Domini
Millesimo, Septingentesimo,
Sexagesimo, Tertio.

oram Officio Actisque preventibus Castrensis Capitanealibus Leo-
poliensiibus comparens personaliter Generosus Mathias Mściwajew-
ski Sanius mente et Corpore existens, Foro suo quovis Competenti-
so, et Jurisdictione propria posthabita, presenti autem Castrensi Capi-
taneali Leopoliensi in se Testator, ac Bona sua generaliter omnia, quo
ad Actum hunc attinet, benevole assumpta palam publice libere ac
per expressum Recognovit. Quia ipse Bona sui propria et hereditaria
videlicet totas et integras Sortes, tam post Praedecessores suos, quam post
olim Generosum Michaiellem Mściwajewski Parentem in se jure na-
turali devolutas in Bonis solum et castris polon hic in Palatinatu Rusiae
Terra presenti Leopoliensi Consistentibus, sitas et Jacentes, cum omni
praesensom Sortium jure Dominis proprietate, propinquitate ubi-
litatibus, usibus, fructibus, proventus, redditibus, attinentiis et pertinen-
tiis, tum Cuius aedificij Structurae, holodij, granarij hortis, pomarij, Sepisq;
Sepimentis, agris, pratis, Campis Sylvis, gais, Indagimibus, rubetis, dume-
tis, vepretibus, Sarceptis, virgultis, Meris, apiteriis, apum Mellificij, rivis
vulis, torrentibus, fontibus, aquarum decuribus, fluvij, fluminibus, fe-
nicij, Stagnis, aquis, Rivis, Canumq; decessionibus, lacubus, Paludibus,
Molendinis, Molendinatoribus, Columq; Metretis Tabernis Taberna-
toribus Canumq; propinationibus, nec non Subditis, Conethenibus, horti-
lanis, angustianis Colonis tam in Sortibus quidem reperibilibus, quam
prolegis libere vindicandis, eorumq; Diem on Laboribus, Consiliis, Decimis
Dationibus, tributis, pensionibus, vecturis, Vigiliis, diurnis, et nocturnis
officiis, quibusvis per eadem ab antiquo pondi, et praestari solitis et
am cum jure Patronatus preventandorum Ritus Graei Parochorum
Communisq; et emolumentis generaliter universis, ex Sortibus quidem
nunc provenientibus, et impostonum proventus, nihil ea praesens
pro se, suisq; Successoribus, aut quopiam alio reservanda, seu exigi-
endo, verum ita late longe circumferentialiterque prout praesta-
tum Sortium hereditas se in suis metis et Limitibus ab antiquo
extendit, et protrahit, estque ab alijs vicinis Bonis et fundis con-
tiguis distincta, et dislimitata, et prout se Recognoscentem

antiquam

antecedaneosque heredes ab antiquo spectabat et concernebat
jam ex nunc et defacto Magnifico Francisco Devis Venator Ploren-
si, Capitaneo Rademiere qlliusq; Successoribus Dat Donat Inscriptis, et re-
signat pure mere veris ac Irrevocabilis Donationis titulo, ac heredita-
te perpetuo et in aevum. In qua quidem Bona seu Sortes memo-
ratas presentibus Donata et resignata qdem Generosus & eco-
gnosceus Eadem Magnifico Francisco Devis Venator Plorensi
Donationis suo qlliusq; Successoribus realem Intransmissionem, et sta-
talem pacificamque Possessionem cum presentanea Bonorum Con-
dem seu Sortium usu fructu per Ministerialem Regni Generalem
quemvis, et Nobiles duos facilius ad id conducendos vigore Inscriptio-
nis presentis Donationis officiove Capientiam et assumendam, jam
ex nunc et defacto libere dat, et admittit, datamque et admissam nec
per se, nec per suas quavis Submissas et Subordinatas Personas
prospicere, denegare, adimere, interrumpereque, aut modo quavis
injuriari, quinimo Eundem Magnificum Devis Venatorem
Plorensi Donationem suam vel qllius Successores ab omni, et quavis Impetiti-
one Juridica, omnium et singulorum Personarum, Status sexus gradus
conditionis ac praeminentia Civium existere intuitu praemissorum
modo quavis exornata in omni iudicio et officio Regni toties quoties
opus fuerit, etiam per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad
quamlibet Personam Terrestri spectat et pertinet praescriptio tuam
defendere evincere, eliberare, et intercedere, Bonaque praefata seu sor-
tes ab omnibus quibus, oneribus debitis, vinculis, et Submissioni-
bus, Inscriptionibusque quibusvis prioribus, et posterioribus Dotum
Dotalium Reformationum, aditalitatum, et alterius cujusvis
tituli quibus, Bona Eadem seu Sortes modo quavis afflicta libas
et aggravantibus, tam Citationibus, Concitationibus, Innotescenti-
is que quibusvis super Eadem Bona seu Sortes memoratas Inpor-
tatis et importandis, Lucis denique et per lucris, Processibus que
vis Judicialibus, super Eadem Bonis seu Sortibus obtentis, et obtinen-
dis, perductis et perducendis, Semper Munda et Libera reddere et officio
in Possessionemque tradere se suis cum Successoribus, de et super
Bonis suis Generaliter omnibus mobilibus et immobilibus, ha-
reditariis et obligatoris, Summisque quibusvis pecuniariis ha-
bitis et habendis Inscriptis et obligat, qdque sub Damnis Terrestri-
bus Simpliciter et absque Corporali Juramento taxandis et edican-
dis per se Recognoscentem Posterisque suos in Casu Inscriptio-
ni presentis Donationis in aliquo Contraventionis, praemissionis
omnium et singulorum in Eadem Contentorum non Completionis
Eadem Suprascripto Magnifico Devis Venator Plorensi Donata
tio suo, qlliusque Successoribus ad solvendum Luendis et Succum


bendis

bendis, nulloque modo evadendis. Pro quibus quidem Damnis
 Terrestribus simpliciter et absque Corporali Juramento taxandis
 et edicendis modo premisso ad solvendum Succubitis, et transgressis
 ac re Conditioneque aliqua inscriptionis praesentis Donatoris
 non completa Nihilominus Completa suprascriptus Genero-
 sus Recognoscens suis cum Posteriore Jure conventus Foro com-
 petenti ut supra renuntiando coram praesenti Terrestris Judicio
 sui officio Castrum Leopoliense, quod casu vero Interregni Judicij
 Capturalibus Terra praesentis Leopoliense vel Districtus Sydauzevi-
 eni cui vel quibus se suis eam Successoribus ac Bonis suis genera-
 liter omnibus hac in parte ad respondendum subijet et incorpo-
 rat. Ad Primam Instantiam recensiti Magnifici Demit De-
 natoris Hecenis Donatorij sui Illiusque Successorum perempto-
 rie respondere, stare qui Parere et omnem iudicatum ferre suis cum
 Posteriore debet, et tenebitur. Primum Terminum ubi et alios om-
 nnes exinde subsequentes semper peremptorios Dilationibus ge-
 neraliter omnibus, evasionibus, Suspensionibus defensionibus Pro-
 testationibus, praescriptionibus impedimentis Legalibus, et quibus-
 vis exceptionibus, motionibus appellationibus, Sationeque prosecutio-
 nibus, Reipublicae negotij Senatus Militari Legatione intra, vel
 extra Regnum fatalij quavis praescriptione Terrestris Belle
 Interregno, Conventioneque, Actione pro Majori, Minorennita-
 te Successorum vera vel simplicij Infirmitate Literis exemptus
 vel restium ad munimenta, ad Curatorem et ingenere univer-
 sisquis medijs et defensis non evadendo, nec modo quavis sub-
 terfugiendo quomodo libidem in toto renuntiando. Sed praescriptioni
 praesentis Donatoris omnibusque et singulis ejus Contentis Damnis
 Terrestribus toties quoties prout fuerit solutus fore Satisfacere se
 suosque Successores ac Bonos generaliter omnia ad id obligando et
 onerando Recognoscens praesentis Vigore.

Praesentis Praescripti
 Leopoldi Extraditt.
 Correxerit Wierzevski

Intabuletur:
 Ex Sessione ydeo,
 poli die 6. Febru-
 arij 1784.
 AlWeltz
 Actuarius.

Ligi Gurskij
 jmmo



Procurator
Joh. J. S.

Plenipotencia

Misouyewski 9

Figore aius ego infrascriptus meo Successorumq. nomi-
ne ad Omnes Causas et precipue cum Theodoro
Craykowski Re. M. C. S. in meum actum
C. M. S. quatum Bienenrostu Advece, Eligo et
Constituo, cum facultate Juramenta afferendi, de
serendi, et relata acceptandi, de lite transigende
Complacationis in eundi, Sumpt. levandi, et de
Leditis quietandi, Documenta in et extabulan-
di, resolutiones vitelatas acceptandi, a Contra-
rijs appellandi, recurrendi revidendiq. dilatio-
nes et prorogationes petendi, et in petitis con-
s. deservendi, alios M. S. con- et Substitua-
endi, cum clausula, rati grati, presentis Sub-
scriptiois vigore. Dat. Leopoli 9. 23. O. 1790

Josephus Misouyewski

Lua Testis subscribitur

Josephus Crumecan

8 4 Nov 1800.
A. 20917.

5473

11791

13385

~~213~~
51

Q ad Part. I
orig.

~~Q ad Part. I~~
orig.

Excelsum Iudicium!

Adversus Replicam Fisci Reg. nomine aboliti Collegii Paristarum Lto
 rorionę punto solutionis № 1500^{fl} seu 375^{fl} v. v. de proo. 13 Januar 829.
 ad № 977 exhibitam. Edictaliter citati Theresia de Suchodolskie hum-
 laniska et Antonius Skumlanski duplicando inferunt sequentia:

ad a. Replicans ex erroneo odibus supposito, acsi olim Ignatius Suchodolski
 pater conventorum et penultimus proprietarius bonorum Sroki et Tas-
 trzebkow ad solutionem inactionali quantali obligatus fuisset, etenim con-
 siderando naturam harum acquisitionum, et inscriptionis inactiona-
 li № 1500^{fl} abunde contrarium elucet; et quidem inscriptio hujus Sum-
 ma facta est Ao 715 per Conges Alexandrum Antonium binom. et
 Dorotheam Msciwiewskie, quos eorum proprietarios bonorum Sroki et Tas-
 trzebkow fuisse, Fiscus R. non probat, Duplicans vero negat; inscriptio
 ergo B. ad eadem bona se regulare non potuit, licet ex pos. 1. hor. Extractus
 D. appareat, aliquem Antonium Alexandrum Msciwiewski Ao 748.
 $\frac{1}{3}$ partem unius sortis in Sroki et Tastrzebkow dominum fuisse, quia pri-
 mo negatur, hunc posteriorem non obstante aliquantula similitudine
 nominis identicum cum priore inscribente esse, magnum utique tempo-
 ris inter utrumque intercedit intervallum, tum quia hinc posterior lan-
 dum $\frac{1}{3}$ partem unius sortis in Sroki et Tastrzebkow possidebat. Denum
 etiamsi hoc concederetur, hinc inscripta taliter solum super $\frac{1}{3}$ parte sor-
 tis in Sroki hypotheca № 1500^{fl} Conventui abolito Paristarum in pro-
 prietatem non devenit, quia testibus Extractibus tabularibus C. D. Sum-
 ma hoc pro fundo religionis tantum condita esse conitur, nequaquam
 in rem illius intabulata aut prenotata est. per consequens cum con-
 dictio vigore D. A. № 5 Aprilis 791. et juxta naturalia juris prin-
 cipa jus pignoris seu jus reale non tribuat, Fiscus R. ad summum
 tantum jus personale ad condictam questionis summam competit-
 quale ex natura sua unice contra primarium debitorem et non con-
 tra quemvis possessorem esse exercere potest.

Considerando acquisitionem Ignatii Suchodolski, hinc bona Sro-
 ki et Tastrzebkow per sortes a duobus diversis auctoribus, semper tamen
 ab onere inactionali Summa liberar quisivit, nempe teste Extractu ta-
 bulari C. $\frac{1}{4}$ pars dictorum bonorum, quo nunquam inscribentium
 Conjugum Alexandri Antonii binom. et Dorothea Msciwiewskie fuit
 illi propria, sed primitive ad Mathiam et Annam Msciwiewskie fra-
 trem et sororem inter se ut n. 2. hor. spectabat, per alios non domi-
 nos veluti illos inscribentes onerari nequiverat, sed inscriptio ut n. 2.
 on. solum inscribentium sortem concernit. ista ergo $\frac{1}{4}$ pars ab hoc
 onere libera, Michaeli Krynski ut n. 2. hor. vendita; ab hoc ut n. 3.

on. in Ignatium Suchodolski transivit —

Relate ad alteram sortem Extractu tabulari D. comprehensam, ista que que inscribentium conjugum propria fuisse, ex eodem Extractu non apparet, et jus eorum onerandi recte negatur — juxta hunc Extractum $\frac{1}{3}$ pars bonorum Suchi et Jastrzebkow ab Antonio Alexandro Msciuriewski, qui per supra demonstrata ex circumstantiis temporis et nominis diversus est ab Alexandro Antonio Msciuriewski marito Dorothed, quod $\frac{1}{3}$ pars qua aliena ab hisce conjugibus onerari quoque non potuit, proin ab onere 1500^{fl} libera, in rem Antonii Leduchowski cessa, postea in dominium Francisci Dewier translata esse conspicitur, ut n. 1. et 7. hor. — quod $\frac{1}{3}$ pars una cum reliquis in Crida Dewieriana Thaddeo Stempkowski vendita, et ab hoc Ignatio Suchodolski resignata erat.

Evidens itaque est, binas hasce sortes $\frac{1}{4}$ et $\frac{1}{3}$ bonorum Suchi et Jastrzebkow hypotheca S. 1500^{fl} subjectas non esse, nec in origine subijci potuisse; remanet ergo dubia presumptio, reliquas sortes eorundem, nempe Lubovskianas ut n. 4. hor. Extractus D. et solius Mathie Msciuriewski ut n. 8. hor. Francisco Dewier resignatas ne for inactionata Summa oneratas fuisse; aut non esse et non apparere est idem in jure — deficit ergo validus titulus hypothecae, in cujus fundamento Ignatius Suchodolski ad solutionem S. 1500^{fl} obligari posset —

poterum etiam si dato negato concederetur, quaedam ex ultimario recensitis sortibus gravatas esse, haec utique ad Cridam Francisci Dewier excepta $\frac{1}{3}$ parte Mathie et Anno Msciuriewskiae propria; attracta, publice vendita, translatisque oneribus ad pretium liciti, ab his deparata in dominium Thaddei Stempkowski et dein Ignatii Suchodolski devenerunt. —

sub nullo igitur respectu Ignatius Suchodolski ad solutionem Summae 1500^{fl} tenetur, superfluis itaque, et inutiles evadunt omnes disputationes de modo, quo moderni duplicantes ad successionem Ignatii Suchodolski tum ad Dominium bonorum Suchi et Jastrzebkow pervenire debeant; eodem enim modo et jure, quo Ignatius Suchodolski obligatus non est, eodem etiam Cessionaria ejus et subsequa domina horum bonorum Eva Suchodolska, eodem etiam moderni ejus heredes obligari nequeunt.

Quamvis denique propter otium concederetur, Ignatium Suchodolski, quod tamen negatur, obligatum fuisse, tamen obligatio haec in duplicantes ejus proles non transivit, quia, licet eis hereditas ut N. addicta sit, idem ex hoc Decreto possessionem ac dominium bonorum Suchi nacti non sunt, nam bona haec matri eorum Eva Suchodolska adhuc durante vita Ignatii Suchodolski donata ad hereditatem ejus non spectabant, et addicere nequiverant — imo prosequente juxta obsonantiam decreti N. statu passivo statum acti-

15
activum, heredes nihil plane acquisiverunt, et quia minores
cum beneficio Inventarii declarati heredes ultra vires massae
minoris quam verus, ad nihil proventus tenentur —

Negatur resignationem in rem Eva Suchodolska simulatam es-
se, et recte, quia ad indeterminatum tempus, uti ex Extractu ta-
bulari C. D. patet, dominium ei resignatum fuisse cum conditio-
ne, quando velit, ea prolibus cedendi. Eva Suchodolska proprietatem
licet conditionatam acquisivit; conditiones vero qualescumque et
limitationes vi §. 358. Cod. civ. dominium non tollunt, prosertim,
cum adimpletio hujus conditionis arbitrio acquirentis relinquatur.

ad b. Allegata A. B. etsi Extractus authentici appellantur, non
sunt tamen ipsa originalia, sed tantum Copia ex Actis descrip-
ta — Copia autem quomodocumque authenticata vices origina-
lis non supplent —

In vanum provocat Replicans ad usucapionem, cum inactio-
nata Summa potius prescriptione extincta, quam usucapio-
ne acquisita sit; desunt enim essentialia usucapionis requisita:
a. objectum determinatum, quia non scitur, nec ipse Re-
plicans clare exprimit, quid usucapere vult, utrum jus hypo-
thecae? an vero ipsam Summam 15000, seu jus personale? — hoc ultimi-
mum verosimilius ex verbis Replicae „jus summam vindicandi
apparet“, at jura personalia non esse objectum usucapionis
ex systemate et theoria legum notum est — b. deficit possessio
ad preconceptam usucapionem, possessio vero juris consistit in exercitio
ejus, quale per Replicantem nihilo probatur et presentibus simpliciter
negatur; intabulatio autem non est exercitium, sed mera absentis
ratio jurium — si enim intabulatio esset exercitium juris, tum jura ta-
bularia nunquam proscriberentur, quod utique repugnat systemati
legum respective §. §. 1479 et 1799 C. c. juxta quos omnia jura si-
ve intabulata sive non intabulata proscribuntur, et extabulatio
obliteratorum peti valet — c. ob defectum tituli, usucapio, si
qua daretur, ex §. 1477 C. c. 40. annorum asumsi deberet, et quidem
contra absentes Conventos hocce tempus juxta §. 1475 C. c. duplici-
candum, id est, unus annus pro 6. mensibus, computandum esset;
imo cum Fiscus P. ipse suis allegatis conventos esse pupillos pro-
baverit, usucapio contra illos vi §. 1494 C. c. non nisi duobus annis
post adeptam majorem aetatem terminari possit — Quid pluram
transeundo reliquorum requisitorum defectus, observatur, quod
obligationes

obligationes, quae nunquam validae aut (intelligitur quoque
prescriptione) extinctae sunt, vi §. 1351. C. c. nec expressimiliter
neque ope hypothecae firmari valent. Summam enim in ac-
tionatam jam pridem prescriptam esse Excipiendo demonstra-
tum est.

Denique refugium hoc ad usucapionem propositum in Re-
plica apprehensum est, magisque Replicanti nocet quam pro-
dest; nam per id laute agnovit et aperte comonstravit, titulum ex
pacto B. ad vincendam ^{Sum} 1500ff non sufficere. Ideo deserto hoc
ad titulum ex lege (nempe prescriptione et usucapione) con-
volavit. At prohibente §. 8. C. j. Actori non licet titulum juris
seu fundamentum agendi mutare, unde resultat titulum ex
pacto juxta ipsius Replicantis agnitionem non esse suffi-
cientem, titulum vero ex lege ob §. 8. non applicabilem. In
utroque ergo actor exiit.

Acceptatur tandem expressa agnitio Replicantis, quod sen-
tentia E non liquiditatem in actione summam, uti actionem
do aserebatur, sed tantum competentiam ad illam consolidet,
magnum enim est discrimen inter liquiditatem summam et
competentiam ad illam primo liquidam reddendam seu com-
probendam, licetque competentia ista aliquando contra quemdam
tertium exhiberit, tamen in presentem causam utroque inter
longe alias personas agitatum minime influat, quippe sententia
E. vi §. 12 C. c. ad alias personas et alios casus extendi nequit.
ad c. Negatur iterato summam in actionatam super omnibus sor-
tibus bonorum Trohi et Jastrzebhov intabulatam esse ex
Extractibus tabularibus C. D. contrarium patet, quod nimis-
rum Conges Alexander Antonius binom. et Dorothea Msci-
wijewskie originarii debitorum non fuerint proprietarii omni-
um sortium in Trohi et Jastrzebhov, an vero illi revera ali-
quas sortes dictorum bonorum, et quas in specie proprias habue-
rint? hoc actoris erat comprobare. At Fiscus R. in nulla
positione suorum Extractuum C. D. deduxit, et conventi ju-
de negarunt, proin invaliditas facti super bonis Trohi et
Jastrzebhov inscriptionis A. in patulo est. Nec potest di-
ci Fiscum R. esse in possessione juris hypothecae pro sum-
ma

Summa 1500^{fl}, quia non proprietatis Summa sed solum conditio
ejus pro re conventus Parisiarum adnotata cernitur.

Inductio juris ad solutionem ex §. 350. et 447. C. c. minus re-
cte desummitur - pro hac argumentatione Replicans aptius
§. §. 466. et 469. C. c. ultimos passus eligere debuisset - at hoc
apparentia fallax est, quis enim hic non videt? conclusio-
nem inverse formari, ex existentia hypothecae ad validitatem
debiti concludi - ac si accessoria obligatio fundaret principa-
lem; sed e contra hoc potius illam, uti §. 779. C. c. edisserit, jus
pignoris semper validam obligationem spectat - absque haec
go valida principali obligatione jus pignoris, licet pro forma
existat, nihil valet, quia pignus et hypotheca, etiamsi de-
bitum sit solutum, compensatum aut invalidum formaliter
existere potest, id est accessorium absque suo principali per-
durat; at a recta ratione et sapienti legislatione abhorret, ut
sola formalis ejusmodi hypothecae possessio jus tribuat - secun-
da vice solutionem debiti soluti, compensati, extincti aut
invalidi petere. Negatur vero erroneum asseritum, ac si circa
constitutionem pretii empti venditi ratio hujus Capitalis ha-
bita fuerit, aut Ignatius Suchodolski illud coassumpserit.

Quod sola possessio hypothecae jus solutionem Summae pe-
tendi non tribuat, ipse met. Fiscus R. agnovit per indirectum
eo, quod paulo superius usucapionem pro fundanda pretensio-
ne sua adducat, utique usucapio possessionem in se compre-
hendit et presupponit - proin non habuisset opus proferre ma-
jus, cum minus ipsi sufficeret; tandem sola et nuda possessio
hypothecae jus possessum (hypothecam) non tribuit, sed ad quod-
vis jus acquirendum adhuc iustus titulus et modus tradendi
non vitiosus requiritur - argumentatio itaque Replicantis
ex §. §. 466. et 774. C. c. inanis ac otiosa est. Tanto minus
in moderno casu id petendi valet, non quoad sortes antea Fran-
cisci Dewici proprias - quia haec per excipiendo demonstrata in
Crida vendita ac ab oneribus creditibus depurata ac libera ad
Ignatium Suchodolski devenere - utique Fiscus R. non contra-
dicendo neque Allegatis neque illationibus Excipientium
agnovit

agnovit concussum super universa substantia Francisci Des
wir excitatum, inactionatam Jan 1500ff in hac crida li
quidatam, atque in Clafificatorea N3 in classem II pos. 7.
relatam fuisse, et ob prosuperantiam onerum pro pretio liti
excidisse, seu ob deficientem satisfactionis fundum evanuisse.
Neque etiam ex $\frac{1}{4}$ parte sortis Mathid et Anno Msciwu
jewskie, quia hoc sortiumcula nunquam in Dominio inscriben
tium Conjugum Alexandri Antonii et Dorotheae Msciwu
jewskie, tanto minus tempore Inscriptionis ut A. facta fu
erat, et Titulus R. contrarium non probat. Inscriptio ergo
A. tantum super sortibus Inscriptentium propriis, non vero
super aliena re intabulata est intabularique potuit, tanto
tutius, cum Jan 1500ff obsonante n. 2. on. non super certo
speciali bono, sed super generali hypotheca omnium bona
rum inscripta esse legitur, adeoque ad aliena extendi nequit.

Quod vero bona Sroki et Jastrzabkowi ab immemoriali
tempore jamque anno 1748 in plures sortes et inter diversos
proprietaryos divisa fuerint, docet Extractus tabularis D. n.
1. 2. 3. 4. 8. 12. h. d. r. - infundate ergo et contra propria allega
ta asserit Excipiens summam inactionatam super inter
gris hinc bonis inscriptam fuisse, erronee quoque asserit $\frac{1}{4}$
partem primum Co 791 segregatam a reliquis seu ab in
legro excidisse, quia Resolutio L. tantum id agnovit, quod
jam antea existebat, et juxta novam formam effectuari
curavit, sic et Resolutio F. quoad onera hoc in statu quo
reliquit - atque Sententia Att. 30 Aug. 790 ut n. 1. per sub C.
lata demonstrat, hanc $\frac{1}{4}$ partem sortis fuisse jam antea segre
gatam a reliquis sortibus, hinc una cum his simul nisi expresse
onerari non valuit.

Reliquae Negationes Replicantis propriis ejus allegatis C.
D. repugnant, siquidem ex nulla positione Extractuum ta
bularium appareat, inscribentes Alexandrum Antonium
et Dorotheam Msciwjewskie proprietarios bonorum Sro
Ki et Jastrzabkowi aut aliquarum sortium eorundem fuisse.
ad d. Inactionata Jan 1500ff adhuc Co 715 inscripta et
anno

N^o 781 ad Tabulas translata esse cernitur, cumque a tempo-
 re Inscriptionis nunquam nec judicialiter nec extrajudicia-
 liter cum effectu agnitionis interpellata fuerit, neque id Fi-
 scus R. probet, eadem proscriptione longissimi temporis seu
 quadraginta juxta jus commune antiquum adhuc ante trans-
 lationem ad tabulas extincta est - atque etiam juxta Cod. Gal.
P. III. S. 316. et papum G. pap. N^o 1 Junii 811, etiamsi docu-
 menta A. B. plenissimam fidem, et validissimam hypo-
 thecam habuissent, proscriptione 40. annorum oblitterata
 est, ac conventi ab ejus solutione jam dudum liberati sunt.

Quoad proscriptionem decennii argumentatio Replicantis
 in contrarium non quadrat, nam injuriam injuria nova cu-
 mulare injustissimum esset, oneratio vero nominis ex parte
 Fisci R. non fuit, sed solum nuda conditio, qualis nullam hy-
 pothecam tribuit deim licet vere facta fuisset intabulatio,
 tamen exceptio semper contra eam valida manet, exceptiones
 enim nunquam, ergo neque Decennio proscribuntur.

Persecutio hujus juris contra massam creditariam Francisci Dewier
 et Clarificatoria N^o 2. proscriptionem hinc oppositam interrom-
 pere nequivit, jam quia Anno lata hujus Sententia 1790 proscrip-
 tio jam consummata fuit, jam quia Sententia contra alias lata per
 sonas v. 1791 C. c. contra modernos conventos nullum habet effectum
 ad eosque extendi nequit.

Ceterum S. S. 350. et 1499. C. c. huc non quadrant, catenusque sus-
 pra dicta valent ac revocantur.

ad c. Quatenus proscriptio usurarum contra Creditam Dewirianam interrup-
 ti poluerat, catenus Fiscus R. cum usuris quemadmodum cum Capita-
 li suo in 2 classe posit. 7. exiit, at, ut proscriptio per actionem inter-
 rumpi posset, oportet, ut actio rite sit continuata, et per rem judica-
 tam inactionata obligatio agnita, uti id S. 1497. C. c. et mens. D.
A. N^o 21. 9bris 1712 N^o 1016 precipit, re ipsa enim tantum
 agnitis judicis vel debitoris extrajudicialis proscriptionem interrup-
 sit, atque Replicans ipse agnoscit, ac confitetur actionem H. per
 rem judicatam terminatam non esse, per consequens proscriptio etiam
 contra Creditam Dewirianam continuo et ininterrupte currebat et
 consummata est, nisi per supra dicta jam antea ex jure antiquo una
 cum sorte Capitali proscripta fuerant.

Quare Conclusioni Exceptionis deferri supplicatur et expensis sub N^o 4.
4. liquidantur.

N^o 4.

Tuffanowski Curator

212
830
Pres. 10 May 830
12336
18626

Contra partem ad videndum ac
pro Confiendo Rotulo Citantur
partes in 15 Junij ac huc am 10
in et Legio Decretum in Consilio
et fori Nobis Lepali die 21 May
830
Sumbriqua

25 May
per ab May 830
Sumbriqua

12336
830

Consensu partium tenus ad rotu-
lum expensis fieri r. prorogatur in
12. Julis 830 h. 10 m. — Dand in
Consilio et fori Nobis Legus die
15. Junis 830.
Sumbriqua

19 Junij
ad et " 830
Sumbriqua

Art. XXI

Ad
Excelsum et Forum Nobis Leopoliense
ad Am 977.
829

Duplica
Excaliter Citatorum Theresia De Su-
chodolskie Sumlanska et Antonii Su-
chodolski.

contra

Fiscus R. nomine aboliti Collegii Pia-
ristarum Ltorovicus

puncto solutionis R.
1500ff seu 375fr. —

J. Fustanowski
ceof

J. Fustanowski

Lista expensarum

Ex parte edictaliter citatorum Theresia Szumlanska et Antonii Su-
chodolski in causa fissi r. nomine Collegii Piaristarum Lincrovis punitis
solutionis 5^o 1500^o seu 375 fr. vi. - erogatarum -

- 1^o pro petitis ad inspectionem originalium actiois ad n. 13401 -
- 2^o - comparitione ad eandem
- 3^o - tribus petitis dilatorum ad excipiendum
- 4 - Exceptione
- 5^o - petito inspectionis Replis
- 6^o - comparitione ad eandem
- 7^o - duobus petitis dilatorum ad duplicandum
- 8^o - Duplia
- 9^o - comparitione ad rotulum actorum

liquidata		moderata	
fl.	dr.	fl.	dr.
2	-		
2	-		
6	-		
30	-		
2	-		
2	-		
4	-		
20	-		
2	-		
1 ^o -			

Inflanzowicz

12596

N4 ad Act XXI

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.